

Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.


Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

**Lepidi Aliqvot Versvs, Qvi [et] propter antiquitatem, [et] rythmorum uenustatem,
[et] grauißimas de moribus [et] communi uita sententias, cognitu non indigni
sunt, collecti [et] in locos communes distributi. Additum est Regimen Sanitatis
simili genere uersuum ab Academia Salernitana scriptum ad Regem Angliæ**

Rostochii: Dietz, 1556

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1768072507>

Druck Freier  Zugang



G-4020.
~~C.E.F. 3049.~~

E. F. g. 1070.

LEPIDI ALI
QVOT VERSVS, QVI
et propter antiquitatem, et rythmo-
rum uenustatem, et grauissimas de mo-
ribus et communi uita sententias, cog-
nitu non indigni sunt, collecti
et in locos communes
distributi.

Additum est REGIMEN SANI-
TATIS simili genere uersuum ab
Academia Salernitana scriptum
ad Regem Angliae.

Editum Rostochij in Officina
Ludouici Ditij.

M. D. LVI.

S. Alberti molitoris

L. T. f. - 3049.

LEPIDI ALI
QUT NERAS. OI
Q. propriae suae pietatis. Q. laudatione
sum regnare. Q. glorificatione regni
tui. Q. communione mentis concordie. C. de
mali non insidias. Unde colligitur
Q. in postos communiones
diffunduntur

Abbatum Regimini SANI
TATIS. Unde etiam de
Academia
*Bibliotheca
Academica
Prostochiensis*

W D F A R

LEPIDI ALI=

QVOT VERSVS, QVI ET
propter antiquitatem, & rythmorum
uenustatem, & grauissimas de moribus
& communi uita sententias, cog-
nitu non in digni sunt, colle-
cti, & in locos commu-
nes distributi.

De Pietate erga Deum.

Vlue Deo gratus, toti mundo tumulatus,
Crimine mundatus, semper transire paratus.
Corde sub attento mea ponere uerba memento,
Hoc audi fili, mentisq; repone cubili,
Diuinum cultum studiose dilige multum.
Nam hac cultura mens fiet crimine pura,

Iacta curam tuam in Domínum.
Tu præsens cura, Domino committe futura.

Altiora te ne quæsieris.
Ad secreta poli curas extenderc noli,
Sed de terrena mortalis quere cameoña.

Mozz A 3 Relis

Religio iuris iurandi.
In iuramento fidelis esse memento.

Victimæ impiorum abominabiles.
Quem mens damnabit, hunc uictima nulli piabit.
Non dantur segni cœlestis præmia regni.

De Vita secura post mortem.

Mors mortis, mortuæ mortem, nisi morte, dedisset,
Omnis homo moriens eterna morte perisset.

Mors uenit alsq; mora, sed non tibi dicitur hora
Quia sit uenturia, quare ueniet tibi dura,
Cum magno horrore, si uixeris alsq; timore,
Atq; fide in Christum: sed si tu credis in istum,
Quantumuis dura mors est tibi uita futura.

Sententia Extremi iudicij.

Aspera uox, Ita: sed uox est blanda, uenire.
Dicetur reprobus, Ita: uenite, prolis.
Quod sibi quisq; scribit presentis tempore uite
Hoc sibi missis erit, cum dixerit, Ita, uenite,
Fac bene dum uiuis, post mortem uiuere si uis.

Mors

MORS sua quemque manet.

Quicquid agas, memori mente teneto MORI

Est nostr.e sortis, transire per ostia mortis,

Est graue transire, quia transitus absque redire.

Est commune mori, mors nulli parcit honori.

Omnes maiores mors occupat, atque minores,

Aequa falce secat, humilem maioribus æquat.

Dic mihi homo quid eris? quid ages? quando morieris?

Mortis linque metus, si tu uis uiuere letus.

Non tibi sit curæ, mortis formido futur.e.

Cum tibi secura mens sit de morte futura,

Alterius mortem noli proponere sortem.

Nil nece certius est, nil est incertius hora.

Cum moritur diues, concurrunt undique ciues,

Cum moritur pauper, uix aduenit unus & alter.

Cum bibis ex uitro, cinerem uitrum esse memento.

Sic eris ipse cùm, cum te trahet ultima finis.

VITÆ humanæ breuitas & miseria.

A e Eft

Est hec uita breuis, transit ut aura leuis.

Nunquam promitte longa tibi tempora uite,

Nam quocunq; datur gressus, te mors comitatur.

Praeterit hec uita, ueluti sit missa sagitta.

Vita quid est hominis, nisi res uelata ruinis.

Est caro nostra cinis, modo principium, modo finis.

Nil nisi terra sumus, & terra quid est nisi fumus,

Sed nihil est fumus, nos nihil ergo sumus.

PRUDENTIAE præcepta.

Corrigere præteritum, rege præsens, cerne futurum.

Omnia uirtuti postpone tu e;q; salutem.

Non tententur impossibilia.

Istud tentabis fieri quod posse putabis.

Non negligenda occasio.

Que tibi que q; datur occasio prima petitur.

Stego te deponere.

Vnon mutabis, donec plurale uidelis.

Si qua sede sedes, siq; est tibi commoda sedes,

IIIa

Non
Ma sede sedē, nec ab illa sede recede.

Mησω σοφίαν εστισι οὐχ
αυτῷ σοφος.

Cum sapias iuste tu nullum dilige plus te.

Si fueris quicquam diuisor particularum
Hanc discas artem, meliorem tu cape partem.

Mεμνησο απόστολον.

Ne credas undam placidam non esse profundam.

Latificat multum grandis promissio stultum.

Tela praeuisa minus ferunt.

Se minus afflictum sentit, qui praeuidet ictum,

Tela nocent leuius, uisa uolare prius.

Gaudia curis miscenda.

Stultitia seruas, si uite gaudia perdas.

Gaudia sepe tuis debes adiungere curis.

Viuas maturis admiscens gaudia curis.

Καλὸν ἐψω πράχγματων.

Χαῖ τις ωδα.

Tutius est proram semper maris ire per oram.

Non

**Non spernantur aliorum
consilia.**

Non contemnatur tibi qui bene consiliatur.

Stultus stultitiam semper putat esse Sophiam.

Iustus principio est accusator sui.

Castigans alium, te castiga prius ipsum,

Vt castigatus, sis castigare paratus.

Dogma tuum sordet, cum te tua causa remordet.

Si culpare uelis culpal ilis esse cauebis.

DE STUDIO SAPIENTIAE ET BONARVM ARTIVM.

Disce puer, dum tempus habes, & uo puerili,

Ne te non didicisse fleas & tibi sculpi.

Dum iuuenes es sis, & tempus habere potestis,

Artes discatis, ne quando male pereatis.

Viue carens uicio tanquam sis cras moriturus,

Intendens studio, quasi uita non cariturus.

Discat, qui nescit : cura sapientia crescit,

Crescit, & augetur, si temporis usus habetur.

Condic

not*i*

Condita decrevit, uulgata scientia crescit.

Attende lectioni.

Corde sub attento mea ponere uerba memento.

Non multa legenda, sed multum.

En habeo multos libros: multum lego paucos.

Docendo discimus.

*Discere si cupias, doceas : sic ipse doceris,
Et studio tali, tibi proficis, atq; sodali.*

Artes antecellunt diuitijs.

Res ualeat, Ars præstat, si res perit, ars nihil restat.

Plusquam diuitias, scire, ualere scias.

Docti thesaurum probo plusquam diuitis aurum.

Artem scruteris, quamuis opulentus haberis.

Ars manet, ars durat, fortuna recedere curat.

Semper discendum.

Nemo sit oblitus fuerit cum multa peritus.

Vt plus addiscat, nec discere queso fatiscat.

B Hono^z

Honora Patrem & Matrem.

*Esto pius uere, super his qui te genuere
Nec spernas matrem, nisi uis offendere patrem.*

Iudex sit æqualis erga omnes iuxta normam legum.

Iudicis est recti, nec munere, nec prece flecti.

Mala consuetudo.

*Composito late fœtenti quæso ciba te,
Qui cupis exclusum crimen pertemporis usum.*

**Legis lator non uiulet legem
à se latam.**

Legem, quam tuleris, de iure, tenere teneris.

De scelerum POENIS.

*Quando peccatur, correctio multa sequatur.
Sanat languorem, faciens medicina dolorem.*

Sera tamen tacitis poena uenit pedibus.

Poena uenit sero, ueniens à iudice uero.

Absit

*Absit opinari, prauos peccata lucrari
Primum si celant peccati, sed inde reuelant.*

Non gaudet multum, quem lex mali seruat in ultum.

*Tolluntur in altum, ut lapsu gra-
uiore ruant.*

*Prauos successus noli tu ferre molestus
Sepe mali florent, ut post ea gaudia plorent.*

Vulgus.

*Rustica gens, est optima flens, & peſima gaudens
Vngentem pungit, pungentem Rusticus ungit.*

Aulica.

Gratiæ magnatum nescit habere statum,

Laxificat multum grandis promissio stultum.

*Distichon inscriptum uestibulo
aulæ Polonicæ.*

Ferre moram, moderari iram, contemnere risus

Dura pati, multos aulica uita docet.

Labores magni & inanes.

Litus aro, lateremq; lauo, dum seruio prauo.

B 2 Eobas

Eobani Hessi Epigramma de
Aula.

Qui uolet & flores & fructus perdere uite,
Seruict in fœlix, Aula molesta tibi.

Nil agere, & curis ingentibus esse grauatus
Si cupis, infœlix hoc dabit Aula tibi.

Libertatis amans, studijs melioribus aptus
Delicias fugiet, si sapit, aula tuas.

Nemo potest duobus Dominis
seruire.

Vix placet ambobus, qui mult seruire duobus.

Asperius nihil est misero cum sur-
git in altum.

Cum surgunt miseri, miseris nolunt misereri.

Στρηγε τα ωροντα.

Hoc sis contentus, sicut fert omnia tempus.

Fastidium rerum Præsentium.

Omne rarum carum, uilescit quotidianum.

Effuge rumores, simul & nouitatis amores.

Post

Post tres sepe dies, uilescit p̄scis, & hospes,
Ni sale conditus, uel sit specialis amicus,

DE AMICICIA.

Tempore fœlici non cognoscuntur amici
Sorte patet misera, quæ sit dilectio uera.

Maximus thesaurus est bonus
Amicus.

Plus ualeat in uico, bene fidus amicus amico,
Quam numis plena, de quolibet ære, crumena.

Notos implores, Fili, si forte labores
Hoc uere dico, medicus quis maior amico.

In amicis non diuitiæ sed uirtus
spectanda est.

Si quis amicari uult ulli, uel sociari,
Non fortunatum querat, sed more probatum.

Vt ameris amabilis esto.
Officij gratus sis, ut fias adamatus.

Reconciliatio dissidentium.

B 3 Quisq;

*Quisq; sit oblitus litis, iam factus amicus
Nam memor irarum, malus est homo, præteritarum.
Non est antiquus à te damnandus amicus,
Mutauit mores, affectus cerne priores.
Rex est mendicus, si non est ullus amicus.*

Sodalitia bona, uel praua.

Illis iungaris, quorum pia facta sequaris.

*Tu peruerteris, si peruersis socieris.
Si sanctum sequeris, tu quoq; sanctus eris.*

*Non bene castus eris, si cum meretrice moreris.
Noscitur ex comite, qui non cognoscitur ex se.*

Studium Quietis &

φιλονο^νη πίε.

Te moneo, ut uites, fili carissime, lites.

Semper deuites cum charo ponere lites.

Lis odium gignit, Caros concordia stringit.

*Hoc scio pro certo, quod si cum stercore certo,
Vincor uel uincor, semper ego maculor.*

Ex minima magnus cintilla nascitur ignis.

Litis

Litis lingua parens, os terit offe carens.

Ira.

Multum deliras, si pronus pergis ad iras,
Iras iniustas, dominus non linquit iniustas.

Iratus rerum nescit discernere uerum.

De Sobrietate seu Temperantia.

Sume cibum modice, modico natura fuetur.
Sic corpus refice, ne mens animusq; grauetur.

Luxuria raro, non bene pasta caro.

Sanior esse potes, si cum moderamine potes.

Parcito sepe eibis, nam sic sanior ibis.

Vt sis mane leuis, sit tibi coena breuis.

Dat poenas multas nimis accumulata uoluptas.

Ebrietas non excusat peccata.

Potu commissum non debet esse remissum.

Vigilantia.

Ne times.

Ne timeas uane de somno surgere mane,
Longa quies somni uicio fit fomes in omni.

DE BENEFICENTIA ET LIBERALITATE.

Respicias dando, quid, uel cui, quomodo, quando-

Hilarem datorem diligit Deus.
Da multu laeto, quod uis dare, uel retinetu.

Non ut alijs sit ignauia, uobis
afflictio.

Esto bonus charis, sic ne tua damna sequaris.

Prosis sic alijs, ut sis tibi charus, & ipsis.

Nunquam priuatis alienos anteferatis.

Bis dat qui cito dat.

Qui cito dat, bis dat: qui tardat munera, nil dat.

Dandi tolle moras, dando cito munus honoras
Munus dedecoras, inueniendo moras.

Gratia debetur pro munere, si cito detur
At si tardetur, ingratam munus habetur.

Plus

Plus ualeat hoc tribuo, quam tribuenda duo.

Bis non spondebis, quod mox praeflare ualebis.

Quod uis donare gratis, nolito negare.

Nam beneficia dari, bonus imputat esse lucrari.

Non iactanda beneficia.

Tu referas nulli, cum tu beneficeris ulli.

Iusta petantur & dentur.

Plura petens meritis, fraudatur iure petitis,

Exige rem iustum, si non cupis inde repulsam.

Non est donandum, quidquid sit iure negandum.

Qui meliora uidet & deteriora sit iudicet,

Vltio digna Dei lumina tollat ei,

Beneficia sint gratuita & liberalia.

De re que uenit, gratia nulla uenit.

Gratia nulla datur, si munere munus ematur.

DE FRVGALITATE ET PARSIMONIA.

C

Q*ui*

*Qui non curaret plusquam natura rogaret,
Dives hic esset, qui ares sibi nulla deesset.*

Parce dispensa, poterit tunc crescere mensa.

Vivat seruus uti, qui paruo nesciet uti.

Profusio.

Res quæsita mora, parua consumitur hora.

Paupertas arte leuetur.

Instrue pupilos pauperi diligis illos,

Nec paupertati possint succumbere nati.

Auaritia.

Effuge lucraci parcendo nomen auari.

Diuitiae.

Despice ditari, si uis in mente beari.

Hic bene se ditat qui semper noxia uitat.

Dives diuitias non aggregat absq; labore,

Nec tenet absq; metu, nec deserit absq; dolore.

Dives marcescit, quanto plus copia crescit.

Posse foramen acus citius transire Camelum

Christus ait, ualeat dives quam scandere cœlum.

DE

DE VERITATE.

Si Deus elingues faceret, quoscunq; bilingues,
Vno quippe die, fierent centum Zacharie.

Vultu talis eris, qualia mente geris.

Sit facies testis, quales *intrinsecus* es.

De simulatione beneuolentiæ aulica.

Qui mel in ore gerit & me retro pungere querit,

Eius amicitiam nolo mihi sociam.

Sub specie ueri nos fallunt sepe seueri.

De Adulatione.

Non bene creduntur, nimium qui blanda loquuntur.

Decipiuntur aues, per cantus sepe suaves.

Plus laudatori, quam tu tibi, credere noli.

Laudat adulator, sed non est uerus amator.

Tu quoq; commendes, & ei sua dona rependas.

Tu caueas dici nimium laudator amici,

Tempore monstrabit, quantum te semper amauit.

Hypocrisis.

C 2

Quilius

Quilibet Hypocrita, facie tenuis est eremiti,
Mente etenim tacita latet anguis habens aconiti.
Simplex apparens, simplicitate carcens.
Sæpe Leonisat uerbis, cui cor Leporisat.

Obtrectationes.

Qui scit laudatur, qui nescit uituperatur.

Modestia.

Nemo sibi culpam, uel laudem conferat unquam.
Conuenit hoc uanis, quos gloria uexat inanis.

Prudentia in loquendo & tacendo.

Omnis homo, quacunq; domo, qua sede moratur,
Prouideat quando taceat, uel quando loquatur.
Alterius serua, tacito moderamine, uerba.

Oratio est character animi.

Verba hominum, celant mores, eademq; reuclidean.

Futilitas.

Cerui cauda breuis male eclat posteriora,
Stulti lingua leuis, peius tegit interiora.

Garrus

Garrulitas.

Semper multi loquam debes compescere linguam.

Si cupias pacem, Linguam compescere loquacem.

Raro credatur homini, si multa loquatur.

Taciturnitas.

Res occultande, tacitis sunt participande.

Qui sua diuulgat, nunquam mea uel tua celat.

Inconstantia.

Si quis damnauit, quod primitus ipse probauit,
Talis laudator, leuitatis habetur amator.

In tota uita, discors tibi uiuere uita.

Si potes extingue, uiciose crimina lingue.

Patientia.

Nulla ualeat tantum uirtus, patientia quantum.

Si contristaris, & rerum damna sequaris,
Tunc te solentur, qui peius habere uidentur.

Προσ αιτχεσιν αλγεα τωσχει.

Est misero peius deriso, quam dolor cius.

C 3 For

Fortuna.

Vultus fortunae variatur imagine luna,
Crescit, decrescit, constans consistere nescit.
Si fortuna cadit, uix ultra prospera uadit.

Modestia in rebus secundis.

Rebus tranquillis, metuas aduersa sub illis,
Rebus in aduersis melius sperare supersis.

Stare diu nescit, quod non aliquando quiescit.

Proxima languori manus est, & ocellus amoris.

Balnea cornici quid profunt, quid meretrici.

Nec meretrix munda, nec cornix alba fit unda.

Filia sub tilia, filat subtilia fila.

Regula Bursalis, est omni tempore talis,

Si uis prandere, mecum fer prandia tecum,

Quod si non habes es, miser es, & pinguis non es.

ESEA datur gratis, uinum mos est, ut ematis,

Qui negat hunc morem, sonis bibat ipse liquorem.

In Forchem natus est de natione Pilatus.

Teuthonice gemis crucifixor omnipotens.

REGIMEN SANITATIS SALES NITANVM.

AD LECTOREM.

In hoc Regimine Sanitatis Latino, prudens et acquis lector, non sermonis puritatem, neque uersiculorum elegantiam, qui rythmis similiores sunt, quam legitimis uersibus, sed rem ipsam et doctrinæ utilitatem spectabit.

De Remedijs generalibus.

Anglorum regi scripsit schola tota Salerni,
Si uis incolumem, si uis te reddere sanum,
Curas tolle graues, irasci crede prophanum,
Parce mero, coenato parum, non sit tibi uanum
Surgere post epulas, somnum fuge meridiunum,
Non mictum retine, nec comprime fortiter anum,
Hec bene si scrucs, tu longo tempore uiues.

Si tibi deficiant medici, medici tibi fiant
Hec tria, mens leta, requies, moderata dieta.

De Confortatione cerebri.

Lumis

Lumina mane manus surgens gelida lauet unda
Hac illa modicum pergit, modicum sua membra
Extendat, crines pectat, dentes fricet, ista
Confortant cerebrum, confortant cætera membra.

Lote cale, sta pranse uel i, frigesce minute.

De Somno meridiano.

Sit breuis aut nullus tibi somnus meridianus,
Febris, pigrities, capitis dolor, atq; catharrus.
Haec tibi proueniunt ex somno meridiano.

De Vento retento in corpore.

Quattuor ex uento ueniunt in uentre retento,
Spasmus, hydrops, colica, uertigo quattuor ista.

De Cœna.

Ex magna cœna stomacho fit maxima poena,
Ut sis nocte leuis, sit tibi cœna breuis.

De Dispositione ante cibî sumptionem.

Tu unquam comedas, stomachum nisi noueris ante,
Purgatum uacuumq; cibo, quem sumpseris ante,

Ex defia

Ex desiderio poteris cognoscere certo,
Hec tua sunt signa subtilis in ore saliud.

De Cibis uitandis.

Persica, poma, pira, lac, caseus, & caro salsa,
Et caro ceruina, leporina, caprina, bouina,
Hec melancholica sunt infirmis inimica.

De Cibis bene nutrientibus.

Oua recentia, uina rubentia, pinguis iura,
Cum simula pura, naturae sunt ualitatem.

Nutrit & impinguat triticum, lac, caseus infans,
Testiculi, porcina caro, cerebella, medullae,
Dulcia uina, cibus gustu iucundior, oua
Sorbilia, matura ficus, uixq; recentes.

De conditionibus boni uini.

Vina probantur odore, sapore, nitore, colore,
Si bona uina cupis, hæc quinq; probantur in illis,
Fortia, formosa, fragantia, frigida, frisca.

De Vino dulci, albo, & rubeo.

Sunt nutrituam plus dulcia candida uina,
Si uinum ruteum nimium quandoq; bibatur,
Venter stipatur, uox limpida turbificatur.

D Cons

Contra uenentium.

Allia, nux, ruta, pira, raphanus & thyriacæ,
Hæc sunt antidotum contra mortale uenenum.

De Aere.

Aer sit mundus, habitabilis ac lumenosus;
Nec sit infectus, nec olens fœtore cloacæ.

De Nimia Potatione uini.

Si tibi serotina noceat potatio uini,
Hora matutina rebibas, & erit medicina.

De Meliori uino.

Gignit & humores melius uinum meliores,
Si sucrum nigrum, corpus reddet tibi pigrum,
Vinum sit clarumq; uetus, subtile, maturum,
Ac bene dilutum, saliens, moderamine sumptum.

De Cereuisia.

Non sit acetosa cereuisia, sed bene clara,
De ualidis cocta granis, satis ac ueterata,
De qua potetur, stomachus non inde grauetur.

De Temporibus anni.

Temporæ

*Temporibus ueris modicum prandere iuberis
Sed calor æstatis dampibus nocet immoderatis,
Autumni fructus, caueas ne sint tibi luctus,
De mensa sume, quantum uis tempore brume.*

De malo potu corrigendo.

*Salvia cum ruta faciunt tibi pocula tutæ,
Addé rose florem inquit uehementer amorem,*

De Nausca.

*Nausca non poterit quenquam uexare marina,
Antea cum uino mixtam si sumpseris illam.*

De Generali condimento.

*Salvia, sal, uinum, piper, allia, petroselinum,
Ex his sit salsa, nisi sit commixtio falsa.*

De Lotione manuum.

*Si fore uis sanus, ablue sepe manus,
Lotio post mensam, tibi confert munera bina,
Mundificat palmas, & lumina reddit acuta.*

De Pane.

Panis non calidus, nec sic nimis inueteratus,

D & **Sed**

Sed fermentatus, oculatus, sit bene coctus,
Modice salitus frugibus ualidis bene pistus,
Non comedas crustam coleram quia gignit adustam.

De Carnibus porcinis.

Est caro porcina sine uino peior ouina,
Si tribuis uina tunc est cibus & medicina,
Uia porcorum bona sum, mala sunt reliquorum.

De Musto.

Impedit urinam mustum soluit cito uentrem,
Epatis emfraxim, splenis generat lapidemq;

De Potu aquæ.

Potus aquæ sumptus fit edenti ualde nociuus.
Infrigidat stomachum, reddit q; cibum forc crudum.

De Carnibus uitulinis & auibus.

Sunt nutritiae multum carnes uitulinæ,
Sunt bona gallina, & capo, turtur, sturna, columba,
Quistula uel merula, phasianus, ethigoneta,
Perdix, frigellus, orix, tremulus, amarellus,

De

in B. s. C.

De Piscibus.

Si pisces molles sunt magno corpore, tolle.
Si pisces duri, parui, sunt plus ualituri,
Lucius & perca, saxatilis, albica, tenca,
Sornius, plagicia, cum carpa gabio truta.

De Anguilla.

Vocibus anguille prae*e* sunt, si comedantur.
Qui physicam non ignorant hæc testificantur,
Caseis, anguilla nimis ob*s*unt si comedantur,
Ni tu sepe bibas, & rebibendo bibas.

De Pisis.

Pisam laudare decreuimus ac reprobare,
Pellitus ablatis est bona pisa satis,
Est inflatiua cum pellibus atq*ue* nocuia.

De Lacte.

Lac ethycis sanum caprinum post camelinum,
Ac nutrituum plus omnibus est asinum,
Plus nutrituum uaccinum sic & ouinum,
Si febris est, capitise dolor, non est bene sanum.

De Butyro.

D 2 Lenit.

Lenit, & humectat, soluit sine febre butyrum
Incidit, lauat, & penetrat, mundat quoq; serum.

De Caseo.

Caseus est gelidus, stipans, grossus quoq; durus,
Caseus & panis bonus est cibus hic bene sanis,
Si non sunt sani, tunc hunc non iungito panis.

Ignari medici me dicunt esse nocuum,
Sed tamē ignorant cur nocturna feram
Languenti stomacho caseus addit opem,
Si post sumatur, terminat ille dapes,
Qui physicam non ignorant hæc testificantur.

De Modo comedendi & bibendi.

Vt minus ægrotes, non inter sercula potes,
Vt uites pœnam de potibus incipe cœnam.

Inter prandendum sit sepe parumq; bibendum,
Si sumas ouum molle sit atq; nouum.

Secundum documentum ut supra.

Singula post ora pocula sume noua,

Post

Post pisces nux sit, post carnes caseus assit,
Vnica nux prodest, nocet altera, tercia mors est.

De Piris.

Adde piro potum, nux est medicina ueneno;
Fert pira nostra pirus, sine uino sunt pira uirus,
Si pira sunt uirus sit maledicta pirus,
Si coquis antidotum pira sunt, sed cruda uencenum,
Cruda grauant stomachum, relevant pira cocta graude
Post pira da potum, post pomum uade fecatum. (tum,

De Cerasis & prunis.

Cerasa si comedas tili confert grandia dona,
Expurgant stomachum, lapidem nucleus tibi tollit,
Et de carne sua sanguis eritq; bonus.
Infrigidant, laxant, multum prosunt tibi prunæ:
Persica cum musto uobis datur ordine iusto,
Sumere sic est mos nucibus socianda racemos,
Passula non spleni tuſi ualet, est bona reni.

De Ficubus.

Scrofa, tumor, glandes, ficus cataplasmate cedit,
Iunge papauer ei contracta foris tenet ossa,
Pediculos ueneremq; facit sed cuiilibet obstat.

De

De Esculis.

Multiplicant miscum, uentrem dant escula strictum,
Escula dura bona, sed mollia sunt meliora.

De Musto.

Prouocat urinam mustum cito soluit & inflat.

De Cereuisia.

Grossos humores nutrit cereuisia, uires
Præstat, & augmentat carnem, generatq; cruentem,
Prouocat urinam, uentrem quoq; mollit & inflat,
Infrigidat modicum, sed plus desiccat acetum,
Infrigidat, macerat, melanc dat, sperma minorat,
Siccos infestat nervos, & pinguia siccatur.

De Rapa.

Rapa iuuat stomachum, nouit producere uentum,
Prouocat urinam, faciet quoq; dente ruinam,
Si mala costa datur, hinc torso tunc generatur.

De Cordibus animalium.

Egeritur tarde cor, digeritur quoq; dure,
Similiter stomachus melior sit in extremitates,
Reddit lingua bonum nutrimentum medicinae.
Digerit

Digeritur facile pulmo cito labitur ipse,
Est melius cerebrum gallinarum reliquorum.

De Semine feniculi.

Semen feniculi fugat & spiracula culi.

De Aniso.

Emendat uisum, stomachum confortat anisum,
Copia dulcoris anisi sit melioris.

De Spodio.

Si crux emanat, spodium sumptum citro satiat,

De Sale.

Vas condimenti preponi debet edentis,
Sal uirus refugat, & non sapidum q; saporat,
Nam sapit esca male que datur absq; sale,
Vrunt persalsa uisum, & sperma minorant,
Et generant sebiciem, pruritum siue rigorem.

De Saporibus.

Hic seruore uigent tres, salsus, amarus, acutus,
Alget acetosus sic stipans ponticus atq;
Vnctus & insipidus dulcis dant temperamentum.

M

E

De

De Vippa.

Bis duo uippa facit, mundat dentes, dat acutum
Vixum, quod minus est implet, minuit quod abundat.

De Assueta dieta.

Omnibus assuetam iubeo seruare dietam,
Approbo sic esse, nisi sit mutare necesse,
Est Hipocras testis, quoniam sequitur mala pestis.
Fortior est meta medicinæ certa dietæ,
Quam si non curas, fatue regis, & male curas.

De Administratione medicinæ.

Quale, quid, et quando, quantum, quoties, ubi, dando.
Ista notare cibo, debet medicus dictando.

De Caule.

Ius caulis soluit, cuius substantia stringit,
Vtrah; quando datur uenter laxare paratur.

De Malua.

Dixerunt maluam ueteres quia molliat aluum,
Malua radices saepe dedere feces.

De Menta.

Mentis

Mentitur mensa si sit depellere lenta,
Ventrīs lumbricos stomachi uermesq; nocuos.

De Saluia

Cur moriatur homo cui saluia queris in horto,
Contra uim mortis, non est medicamen in hortis,
Saluia confortat neruos, manuumq; tremorem,
Tollit, & eius ope felris acuta fugit,
Saluia, castoreum, lauendula, premula ueris,
Nastur, athanasia sanant paralytica membra,
Saluia saluatrix naturae consiliatrix.

De Ruta.

Nobilis est ruta, quia lumina reddit acuta,
Auxilio rutæ uir quippe uidebis acute,
Ruta uiris coitum minuit, mulieribus auget,
Ruta facit astum, dat lumen, & ingerit astum,
Cocta facit ruta de pulicibus loca tutæ.

De Cæpa.

De cæpis medici non consentire uidentur,
Colericis non esse bonas dicit Galenus,
Flegmaticis uero multum docet esse salubres,
Præseruat stomacho, pulchrumq; creare colorem,

E 2 Contris

Contritis cæpis loca denudatata capillis,
Sepe fricans poteris capitis reparare decorum.

De Sinapi.

Est modicum granum siccum, calidumq; sinapis,
Dat lachrymas, purgatq; caput, tollitq; uenenum.

De Viola.

Crapula discutitur, capitis dolor, atq; grauedo,
Purpuream dicunt utolam curare caducos.

De Vrtica.

Ægris dicit somnum, uomitum quoq; tollit ad usum,
Compescit tußim ueterem, colicisq; medetur,
Pellit pulmonis frigus, uentrisq; tumorem,
Omnibus & mortis subueniet articulorum.

De Hyſſopo.

Hyſſopus est herba purgans à pectore flegma,
Ad pulmonis opus cum melle coquatur hyſſopus,
Vultibus eximum fertur reparare colorem.

De Cerifolio.

Appositum canceris tritum cum melle medetur,
Cum

*Cum uino potum poterit sedare dolorem,
Sæpe solet uomitum uentremq; tenere solutum.*

De Campana.

*Enula campana reddit precordia sana,
Cum succo ruta si succus sumitur huius,
Affirmant ruptis nile esse salubrius istis.*

De Pulegio.

*Cum uino coleram nigras potata repellit,
Sic dicunt ueterem sumptum curare podagras.*

De Nasturcio.

*Illius succus crines retinere fluentes
Allitus afferitur, dentisq; curare dolorem,
Et squamas succus sanat cum melle perunctus.*

De Helidonia.

*Cæcatis pullis hac lumina mater hirundo,
Plinius ut scribit quamuis sint eruta reddit.*

De Salice.

*Auribus infusus uermes succus necat eius,
Cortex uerrucas in aceto cocta resoluit.*

E 3 Pomæ

Pomorum succus flos partus destruit eius.

De Croco.

Confortare crocus dicatur laetificando,
Membraq; defecta confortat, epar reparando.

De Porro.

Reddit fœcundas permansum sepe puellas,
Isto stillantem poteris retinere cruentem.

De Pipere.

Quod piper est nigrum, non est dissoluere pigrum.
Flegmata purgabit, digestuamq; iuuabit,
Leucopiper stomacho prodest tussiq; dolori,
Vale pr.euenit motum febrisq; rigorem.

De Impedimento auditus.

Et mox post escam dormire, nimisq; moueri,
Ista grauare solent auditus, ebrietasq;

De Tinnitus aurium.

Metus, longa fames, uomitus, percussio, casus,
Ebrietas, frigus tinnitus causat in aure.

De Nocumentis uisus.

Bala

Balnea, uina, uenus, uentus, piper, allii, fumus,
Porri cum cepsis, lens, fletus, faba, sinapis,
Sol, ignis, coitus, labor, ictus, acumina puluis,
Ista nocent oculis, sed uigilare magis.

De Confortantibus uisum.

Feniculus, uerbenae, rosa, celidonia, ruta,
Ex istis fit aqua, quæ lumina reddit acuta.

Contra Dolorem dentium.

Sic dentes serua porrorum collige grana,
Ne careas iure cum iusque simul ure,
Sicq; per embotum fumum cape dente remotum.

De Raucedine uocis.

Nux, oleum, frigus capitis, anguillaq; potus,
Ac pomum crudum, faciunt hominem fore raucum.

Contra reuma.

Ieiuna, uigila, caleas dape, ualde labore,
Inspira calidum, modicum bibe, comprime flatum,
Hæc bene tu serua, si uis depellere reuma,
Si fluit ad pectus, dicatur reuma catharrus,
Ad fauces brancus, ad narcs esto corisa.

Con-

Contra fistulam.

Auripigmentum sulphur miscere memento,
His decet apponi, calcem commisce saponi,
Quattuor haec misce, commixtis quattuor iſtis,
Fistula curatur quater ex his si repleatur.

De Numero ossium & neruorum in homine.

Oſſibus ex denis bis contentisq; nouenis,
Conſtat homo denis, bis dentibus & duodenis,
Ex trecentenis decies ſex quinqueq; uenis.

De Quatuor humoribus cor- poris.

Quattuor humores in humano corpore conſtant,
Sanguis cum colera, flegma cum melancolia,
Terra melan, aqua fleg, aer sanguis, coler ignis.

De Sanguinea completione.

Natura pingues iſti ſunt atq; iocantes,
Semper rumores cupiunt audire frequentes,
Hos uenus & bacchus delectant, ſercula, rifuſus
Et facit hos hilares, & dulcia uerba loquentes,
Omnibus huiusmodi habiles, ſunt & magis apti,
Qualibet ex cauſa nec hos leuiter mouet ira,

Largus

Largus, amans, hilaris, ridens, rubeiq; coloris,
Cantans, carnosus, satis audax atq; benignus.

De Colerica complexione.

Est et humor colere qui competit impetuosis,
Hoc genus est hominum cupiens preccellere cunctos,
Hi leviter discunt, multum comedunt, cito crescunt,
Inde magnanimi, sunt largi, summa petentes,
Hirsutus, fallax, irascens, prodigus, audax,
Astutus, gracilis, siccus, croceiq; coloris.

De Flegmatica complexione.

Flegma uires modicas tribuit, latosq; lreuesq;
Flegma facit pingues, sanguis reddit mediocrem.
Ocia non studio tradunt, sed corpora somno,
Sensus hebes, tardus motus, pigritia, somnus,
Hic somnolentus, piger, in somnamine multus,
Est huic sensus hebes, pinguis facies, color altus.

De Melancolica complexione.

Restat ad hunc tristis colere sulstantia nigra,
Quae reddit prauos, pertristis, pauca loquentes,
Hi uiliq; n: studis, nec mens est dedita sonno,
Seruant propositum, si i nul reputari fore tutum,

F

Inuis

Invidus, & tristis, cupidus, dextræq; tenacis,
Non expers fraudis, timidus, luteiq; coloris.

De Coloribus hominum, & sanguinis abundantia.

Hi sunt humores, qui præstant cuiq; colores,
Omnibus in rebus, ex flegmate fit color albus,
Sanguine fit rubeus, colera rubea quoq; ruffus,
Si peccet sanguis, facies rubet, extat ocellus,
Inflantur genæ, corpus nimiumq; grauatur,
Est pulsusq; frequens, plenus, mollis, dolor ingens,
Maxime sit frontis & constipatio uentris,
Siccaq; lingua sitis, & somnia plena rubore,
Dulcor adest sputi, sunt acria dulcia queq;.

De Phlebotomia.

Denus septenus uix fleubotomum petit annus,
Spiritus uberior exit per fleubotomiam,
Spiritus ex potu uini mox multiplicatur,
Humorumq; cibo damnum lente reparatur,
Lumina clarificat, sincerat fleubotomia,
Mentes & cerebrum, calidas facit esse medullas,
Viscera purgabit, stomachum, uentreng; coercet,
Puros dat sensus, dat somnum, tædia tollit,
Auditus uocem uires producit & auget.

Tres

Tres insunt istis, Maius, September, Aprilis,
Et sunt lunares, sunt uelut hydra dies,
Posteriorum postremis, primisq; Kalendis,
Non decet his minui, nec carnibus anseris utt,
In sene uel iuuene, si uene sanguine plena,
Omni mense bene consert incisio uene,
Hi tres menses, Maius, September, Aprilis,
In quibus eminias ut longo tempore uiuas.

Frigida natura, frigens regio, dolor ingens,
Post lauacrum, coitum, minor etas, atq; senilis,
Morbus prolixus, potus repletio, & escae,
Si fragilis uel subtilis, sensus stomachi sit,
Et fastiditi tibi non sunt fleubotomandi.

De Fleubotomia.

Quid debes facere quando uis fleubothomari,
Vel quando minuis, fueris uel quando minutus,
Vnctio seu potus, uel lotio, fascia, motus,
Debent non fragili tibi singula mente teneri.

De Fleubotomia.

Exhilarat tristes, iratos placat amantes,
Ne sint amentes fleubothomia facit.

F 2 Fac p[ro]la

Fac plagam largam mediocriter ut cito fumus,
Excitat uberius liberiusq; crux.

Sanguine subtracto sex horis est uigilandum,
Ne somni fumus laedat sensibile corpus,
Ne neruum ledas, non sit tibi plaga profunda,
Sanguine purgatus non carpas protinus escas.

Omnia de lacte uitabis rite minute,
Et uitet potum flebotomatus homo,
Frigida uitabis, que sunt inimica minutis,
Interdictus, eritque minutis nubilus aer,
Spiritus exultat spectando luce serenam,
Omnibus apta quies est, motus ualde nocuus.

Principio minutias in acutis & peracutis,
AEtatis media multum de sanguine tolle,
Sed puer atque senex, tollet uterque parum,
Ver tollit duplum, reliquum tempus tibi simplum.

AEstas, uer dextras, autumnus, hyemsque sinistras,
Quartuor haec membra et phe, cor, pes, epa r uacuanda
Ver, cor, epa, estas, ordo sequens reliquas.

Dat saluatella tibi plurima dona minutis,
Purgat epa, splenem, pectus, precordia, uocem,
Innaturalem tollit de corde dolorem.

De

De Quibusdam aphorismis generalibus.

Si dolor est capitis, ex potu lympha bibatur.
Ex potu nimio nam fel ris acuta creatur,
Si uerter capitis, uel frons æstu trit ulentur,
Tempora, fronsq; simul moderate sepe fricentur,
Morella cocta necnon calidaq; lauentur.

Temporis æstiu ieiunia corpora siccant,
Qui libet in mense consert uomitus, quoq; purgat
Humores nocuos, stomachus quos continet intus,
Ver, autumnus, hyems, æstas dominatur in anno,
Tempore uernali calidus fit aer humensq;
Et nullum tempus melius sit fleubothomie.
Vsus tunc homini ueneris consert moderatus,
Corporis & motus, uentrisq; solutio, sudor,
Balnea, purgentur, tunc corpora cum medicinis,
Æstas more calet, siccatur, noscatur in illa,
Tunc quoq; præcipue coleram rubeam dominari,
Humida, frigida ferula dentur, sit uenus extra,
Balnei non prosunt, sint rare fleubothomie,
Utilis est requies, sit cum moderamine potus.

Contra fluxum uentris.

Qui fluxum pateris, si non caueas, morieris,
Conculatum, nimium potum, cum frigore motum.

AENIGMATA aliquot
uenusta.

Dimidium Sphæræ, Sphæram, simul & canis iram,
Postulat a nobis totus conditor orbis.

C O R.

Aliud.

Est genitor, natos qui bis sex procreat unus
Quorum sunt etiam nati unicuique triginta,
Albae aliae, nigraeque aliae, que morte carentes
Perpetua uice delentur percutique ruina.

Interpretatio.

Vnus ANNVS continet duodecim menses, singuli
menscs constant triginta diebus & noctibus, quarum
perpetuae uices sunt.

Aliud.

Mitto tibi N AVE M prora puppique carentem.

Aliud.

Non habeo, nec habere uelim, quod si tamen adsit,
Non caream Cræsi si mihi dentur opes.

Responsio.

Uno oculo haud uelles, multo cœcus minus esse.

Aliud.

BOS nunquam fatur truncato capite fatur.

Plato

Plato in fine quinti de Republica.

*vir non vir, auem & non auem, uidens & non
uidens, in ligno non ligno, sedentem non sedentem, la-
pide non lapide, percusit uel iaculatus est.*

Interpretatio.

*Eunuchus uespertilionem luscus in sambuco se-
dentem pumice percusit.*

Aliud de Cuculo.

*Frigore digredior, redeunte calore reuertor,
Desero quod peperi, hoc timen educat altera mater.
Quid tibi uis aliud dicam ē me uox mea prodit.*

Aliud de Phœnice.

*Nec sum nec non sum morior simul atq; renascor.
Præbet & interitus tenere primordia uitæ
Sumq; mihi læti & redcuntis originis author.*

Aliud.

*Si caput est currit, uentre coniunge uolabit.
Cum cauda comedo, & sine uentre bibo.*

Interpretatio.

Mus ea tum.

Aliud.

*Sunt duo, quæ duo sunt, & sunt duo quæ duo non sunt
Hæc duo si duo sunt, nulla duo duo sunt.*

Litteris iustis dicitur qd. Reduplica.

F. 12v. Et quod si, sicut et non sicut, hinc est non
hunc, si vel hunc non sicut, f. 13r. non tibi quod sit
tibi non tibi, tibi non tibi, tibi non tibi.

Interpretatio.

Quoniam nescio quoniam tibi in laus pro te
quoniam tibi tibi.

A

litteris litteris, litteris litteris, litteris litteris
dicitur dicitur dicitur, per litteras litteras litteras
litteris litteris litteris, litteris litteris litteris.

A

Nec quoniam non sicut, sed non sicut, sed non sicut
per se, non sicut, non sicut, non sicut.

A

Si quoniam qd. curia, nescia, coniunctio, nescia,
curia curia, curia, qd. tibi, nescia.

Interpretatio.

Vnde et sum.


A

Sicut quod, ut quod sum, sum quod, ut quod non sum
Hoc quod, ut quod sum, sum quod, ut quod non sum.



Universitäts
Bibliothek
Rostock

[http://purl.uni-rostock.de/
rosdok/ppn1768072507/phys_0054](http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn1768072507/phys_0054)



Pomorum succus flos partus destruit eius.

De Croco.

Confortare crocus dicatur laetificando,
embraq; defecta confortat, epar reparando.

De Porro.

Secundas permansum sepe puellas,
in poteris retinere cruorem.

De Pipere.

rum, non est dissoluere pigrum.
digestuumq; iuuabit,
prodest tussiq; dolori,
visq; rigorem.

L auditus.

Et mox posse
Ista grauare so.

De T

Metus, longa fames, rafasus,
Ebrietas, frigus tinnitus.

De Nocumen.